APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. ROMAE, Mense Augusto MCMXI Num. VIII.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud

Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum

Rakewskie Przedmiescie, 15

apud

" Kronika Rodzinna "

Varsaviae Polonorum

Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud

Burns and Oates

London W.

28, Orchard Street.

IN CANADA

apud

Libraire Granger Frères

Montreal

1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LTTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad **Societatem Editricem Romanam**

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XIV. ROMAE, Mense Augusto MCMXI Num. VIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

De subsidiis quibus eget res latina commentationes. - IV.

De pugna inter veritatem et errorem in rebus theologicis epistola.

Disputationes philosophicae Modernistam inter et Thomistam. De iudicio practico penitius inquiritur; seu de iudicio consilii et de iudicio executionis.

Stili lapidarii elementa. — De inscriptionibus sacris. - De inscriptionibus honorariis.

Scena maritima.

Ex Italis urbibus. De Maria Chlotilde e Sabaudica gente, Victorii Emmanuelis II regis filia, vita functa.

Paroemiae sive Adagia. — Quid distent aera lupinis. — Procul a pedibus equinis. — Fenestram aperire. — Mordere frenum.

De obitu Beatae Virginis.

Colloquia latina. Petitio lusus.

Acta Pontificia. SSmi. D. N. Pii PP. X Motu proprio de diebus festis.

Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. — Ex Congregatione de Religiosis. — Ex Congregatione Rituum.

Diarium Vaticanum.

Annales: Mauritanae res. — Ex Orientalibus Europae regionibus. — Ex Perside.

Publici per orbem coetus legibus ferendis.

Per orbem.

Librorum recensio - (A. Weiss).

Aenigmata.

Appendix: Euplius.

DE SUBSIDIIS QUIBUS EGET RES LATINA

COMMENTATIONES (1)

IV.

Amatorem linguae latinae neminem esse credo quin interdum se roget quid caussae sit quod in hodierna nostra copia commentariorum crebris et statutis temporibus prodeuntium, quum quaelibet alia ars, quaelibet negotiatio, quodlibet studium consiliumve non modo libris suis maioris minorisve formae aliquando publicationibus doceat, verum singulis hebdomadibus aut saepius de rebus communibus ad socios alloquatur, latinitas, quae olim per priora saecula artis impressoriae paene omnia prela typothetasque occupavit, rarissime a librorum editione et paucarum praeterea rerum pro re nata typis mandatarum sollemni promulgatione ad ordinariam atque hebdomadariam actorum suorum annuntiationem transierit. Certo autem certius est neque incuriae doctorum, neque inertiae, hanc rem merito imputari; immo vero fieri omnino potest ut causae eius comprobare debeamus, etiamsi aliae iam rationes suadeant ut consuetudinem tamdiu inveteratam mutare velimus. Etenim in eo itinere quo ad meliora contendimus non ideo damnare priora viarum putamur, si novas semitas novis rebus postulari arbitramur. Primum ergo omnium statuere placet ubinam consistat hoc genus scriptionis quod hodiernae latinitati deesse affirmamus, deinde cur vel absit vel defecerit, tum quibus rebus adducti id nunc instaurandum esse censeamus.

Multa sunt genera scriptorum e prelis hodiernis provenientium eaque variis modis inter se vel communia vel diversa; cuncta tamen satis facile in duas classes dividuntur prout ad longius aut ad brevius mansura tempus conscripta sunt; alia enim vel ob pulchritudinem qua elucent vel ob doctrinam quam tradunt ad perpetuam memoriam typis exscripta esse videntur: alia vero leviori manu exarantur et quasi praetereuntium oculis destinantur, quae inter coenandum aut gestandum in manus sumuntur et semel perlecta abiciuntur. Illud genus scribendi librorum formam habere dicas, hoc ephemeridum.

Ephemerides enim nostri saeculi, praesertim eae quae cottidie eduntur, quamvis nec acumine quo conscribuntur, nec auctoritate qua pollent, nec denique gravitate rerum quas annuntiant illis scriptis cedant quae in bibliothecas doctorum petuntur perpetuo servanda atque creberrime adeunda, tamen librorum statum dignitatemque nequaquam assequuntur, sed paucorum dierum spatio singulas editiones suas terminari patiuntur. Ingens est numerus exemplorum si quod *journal* vel *Zeitschrift*, vel quocumque placet uti nomine commemorare velimus. Occurrit animo ille *Tribunus Chicaginiensis*, ephemeris inter paucas clara et insignis atque tam legentium multitudine quam opibus et apparatu suo commentariorum huius urbis (ne dicam totius Americae) facile princeps; nulli libro nostri temporis certiorem praedixerim immortalitatem. Tamen nemo, opinor, asservat editiones cottidianas aut priores quaerit, nova praesente. Cur? Quia quomodo corpora viva perpetuantur ephemerides, corpora autem quam diu vivunt particulas unde constant, ut physiologorum doctrina fert, numquam non commutant, idque mira celeritate ac mobilitate. Vel fluminum modo currunt ephemerides: at flumina ita eadem semper esse dicimus ut ne per momentum quidem temporis aquas eorum stare intellegamus. Si immortalia nobis atque gloriosa sunt sacrae terrae flumina, nihilominus ipsae aquae

(1) Cfr. num. VI.

EUPLIUS

(9

Actio dramatica a I. B. Francesia versibus senariis exarata.

FELIX.

Is?

OCRIS.

Ipse! Nec possum quidquam confidere;
Res urget tempus....

FELIX.

At tempus tu redimes
Postea cursu, vales namque cruribus.
Veni nunc in aedes, falernum dabo
Tibi quod amissas vires restituat.

OCRIS.

Dabis?

FELIX.

Sic me... Nec addam verbum in posterum.

OCRIS.

Eamus intro! Bibam... Sic fortifico
Iecur meum lorica falerni triplici,
Et aptius feriam! Tibi, Mercuri,
Grates quod dederis patronum splen idum (*signat Felicem*).

FELIX.

Eamus! [1] Veritas per vinum dicitur.
Quid sint moliti perfidi per ordinem
Sciam, probe! Puer loquetur rusticus,
Loquens hic non modo, sed prorsus eloquens...
Sic felix postea nominabor optime. (*introit*)

SCENA VI.

NONNULLI CIVES.

I CIVIS.

Scis quod per urbem nuper effunditur?

II CIVIS.

Quid?

I CIVIS.

Nescis?

II CIVIS.

Admodum!

I CIVIS.

Volusius dicitur
Fuisse a servis potionatus callide!

II CIVIS.

Sed cur? Mali quid fecerit Volusius?
Bonus, lenis, comis, dulcis alloquio...
In medium pingue fundit patrimonium...
Et ipsi servi pergraecantur saepius,
Viventes more libêrum quotidie!

I CIVIS.

Christiana dicunt fateri dogmata.

(1) *Quasi alio versus.*

II CIVIS.

Quid hinc?

III CIVIS.

In Caesarem crimen esse creditur.

IV CIVIS.

In ipsis aedibus mors ei traditur,
Quodque crudelius, suis a famulis,
Habet quos filios uti carissimos.

I CIVIS.

Boni datique fructus sunt mixti toxico.

II. CIVIS.

Movet quis pessimus culparum seriem!
Quis est hic?

III CIVIS.

Dicam, probe si taceas?

I CIVIS.

Iuvat quid amplius tenere silentium?
Loquentur ipsi mox viarum lapides.

IV CIVIS.

Unus occultus adhibet qui machinas...

II CIVIS.

Quis ergo?

III CIVIS.

Est Calvisianus.

I CIVIS.

Ipse! En venit.

SCENA VII.

CALVISIANUS et CIVES.

CALVISIANUS.

Quid ore, cives, mussitatis, pessimi?
Quid hic confertis subdolis rumoribus?

I. CIVIS.

Nobis hunc locum dixerant spectaculis!

II. CIVIS.

Ad hoc venimus!

CALVISIANUS.

Haud licet!

I. CIVIS.

Quid prohibet?

CALVISIANUS.

Spectaculum dicitis? Redite serius!
Nunc hinc abite!

I. CIVIS.

Cur?

CALVISIANUS.

Ita mihi placet.

II. CIVIS.

Sed.....

CALVISIANUS.

Vultis hinc me furca vos repellere?
Abite vos recto, abite in malam crucem! (*exeunt*).

(*Ad proximum numerum*).

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes,** quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redituum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. Romae, Mense Septembri MCMXI Num. IX.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Condidit ARISTIDES LEONORI eques

Possidet atque administrat SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakewskie Przedmiescie, 15

apud **„Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame